

## 34.

*Notariatsinstrument verfasst von Nicolaus Kletitz über die Abtretung des Gutes Gross-Tyntz seitens des Bischofs Johannes von Meissen an die Collegiaten des Frauenkollegs. Stolpen, 1442 Nov. 5.*

*Hdschr.: Copialbuch C des Frauenkollegs fol. 24—27 (A). Copialbuch A desselben fol. 60—61 (B). Von diesem Schriftstück existirt auch in C eine deutsche Uebersetzung fol. 21—24.*

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo  
quadragesimo secundo, indictione quinta, die vero quinta mensis novembris, hora ter-  
tiarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Felicis  
divina providentia pape quinti anno tertio, in castro episcopali Stolpensi Misnennsis  
10 dyocesis, in comodo maiori solite mansionis episcoporum Misnennsium constitutus perso-  
naliter reverendus in Christo pater et dominus, dominus Iohannes Misnennsis episcopus  
in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia, omnibus melioribus modo,  
via, iure, causa et forma quibus melius et efficacius fieri potuit et debuit, fecit, constituit,  
creavit et solemniter ordinavit suos veros legitimos certos et indubitatos procuratores,  
15 authores, factores, negotiorum suorum gestores et nuncios speciales, venerabiles et  
strenuos viros videlicet magistrum Iohannem Schuoffheim, decretorum doctorem,  
canonicum presentem et onus procurationis in se sponte recipientem, dominum Iohannem  
Baunde, prepositum ecclesie collegiate sancti sepulchri domini Legnitzensis et Heinri-  
cum Rotkirche in Panthenaw, heredem dyocesis Vratislaviensis absentem, tamquam  
20 presentes et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior aut potior conditio  
occupantis, nec deterior aut debilior subsequens, sed quecumque unus eorum inceperit,  
alter ipsorum prosequi valeat mediare et finire ad resignandum pro ipso domino consti-  
tuyente et eius nomine, villam Tyntz nuncupatam in territorio, districtu et ducatu  
Legnitzensi situatam, cum omni iure, dominio et proprietate prout eam habuit, tenuit  
25 atque possedit, venerabilibus viris magistris atque doctoribus in collegio beate virginis  
alme universitatis studii Lypsenis Mersburgensis dyocesis collegiatis aut eorundem pro-  
curatoribus legitimis, in manibus illustris principis et domine, domine Elisabeth ducisse  
Slesie et domine in Brega et in Legnitz aut quibuscunque aliis principibus, nobiles,  
militaribus, vassallis, officialibus institutis aut instituendis quorum interest, intererit aut  
30 interesse poterit, coram quibus huiusmodi resignatio de iure aut consuetudine fieri debeat  
nec non ad exonerandum et dimittendum pro eo et suo nomine omne ius, dominium et pro-  
prietatem ac possessionem ville predictae redditusque et proventus, obventiones, oblegia,  
iudicia alta et bassa ac omnia ad predictam villam pertinentia in et cum suis terminis,  
grenciis, pratis, pascuis, rubetis, aquis et aqueductibus nullo penitus dempto quibus-  
35 cunque nominibus nominari possent describi aut censi, venerabilibus viris magistris  
et collegiatis predictis dumtaxat et non alteri seu aliis aut eorum legitimis procuratori-  
bus constitutis aut constituendis de consensu tamen expresse et voluntate principis et  
ducisse predictae. Et si quicquam per eosdem suos procuratores aliter quam ut premittitur  
factum fuerit aut quovis modo dispositum, sic quod villa predicta cum suis iuribus, emo-